

sun⁸, in Frondorf⁹, in Hegenehe¹⁰ et in comitatu Rudolphi in Roccolfeshus¹¹ et in Hettenhusun¹² quattuor mansus tantum sicut et in Liuzzelaha¹³, simulque in comitatu Werinheri comitatu quicquid habebat in Wanenhusun¹⁴, in Frumereshusun¹⁵, in Uilmare¹⁶, item in Uilmare, in Gunthereshusun¹⁷, in Rûmareshusun¹⁸, in Heggereshusun¹⁹, et quidquid de suis iure hereditario esset, ubicunque fuisset in regno supradicti regis, tam in hominibus quam ceteris utilitatibus in terris, in aquis, in silvis, in edificiis, in capellis, servis, ancillis, campis, vineis, pratis, exitibus et redditibus, viis, inviis, aquis, aquarum decursibus, molis, molendinis, piscationibus, venationibus, cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus, cum omnibus appenditiis vel pertinentiis, quæ adhuc dici seu nominari possunt, ea inter nos facta pactione, ut nihil omnino prestaretur inde in beneficium humane alicui persone^b.

Ille autem factus miles abbatis recepit ab eo in beneficium ad decem talenta habiturus hoc ipse tantum tempore huius vite presentis et, sicut conductum est, in uno anno unam de preciosis pellibus crusinam, in altero autem pelliciam et post terminum vite in Herueldia sepulturam. Et si aliquis abbas vel in presenti vel in futuro hanc pactionem infringat, ipsa quoque traditio irrita fiat.

Huius rei gestę II. kalendas Maii testes, qui presentes aderant de ingenuis hominibus, sunt isti: Gozmar iunior, Adelberhtus, Folbraht, item Folbraht, Diedericus et filius eius Hertuwin, Hartman, Richuuart, Folcolt et frater eius Adalbraht de Nielach et plurimi de servientibus Herueldensis ecclesię; Liudeger, Erkinbraht, Arnolt, Adalhart, Ratuuart et frater eius Hezechin, Helith, Gozzolt, Rattman, Arnolt^c, Diethmar, Uneuuan^d, Folbraht, Liudeger, Adalhart, Diederich et alii quam plures.

Deinde III. idus Mai factus est iterum conventus in Marchdorf²⁰ ipsius Reginhardi abbatis cum plerisque fratribus suis et cum Gisone advocato Herueldensi et cum plurimis hominibus ingenuis Hassię regionis, presente pariter multitudine servientium ecclesię Herueldensis, ubi predictus Cûnimunt ean-

b) WENCK, *Urkundenbuch 2* (wie Anm. 5) fügt hinzu: sed cella ibi fieret ad Dei servicium. c) Darüber von ähnlicher Hand fuz. d) Unsichere Lesung, da Wasser- bzw. Schmutzfleck.

8) Warmshausen, Wüstung bei Frankenberg, Landkreis Waldeck-Frankenberg.

9) Frondorf, Wüstung bei Frankenberg, Landkreis Waldeck-Frankenberg.

10) Haine, Ortsteil von Allendorf, Landkreis Waldeck-Frankenberg.

11) Rockelshausen, Wüstung bei Alsfeld, Vogelsbergkreis.

12) Hedtenhausen, Wüstung bei Kirtorf, Vogelsbergkreis.

13) Leusel, Gemeinde Alsfeld, Vogelsbergkreis.

14) Wahnhausen, Gemeinde Fulda, Landkreis Kassel.

15) Frommershausen, Stadtteil von Vellmar, Landkreis Kassel.

16) Vellmar, Landkreis Kassel.

17) Guntershausen, Wüstung bei Obervellmar, Landkreis Kassel.

18) Ramershausen, Wüstung bei Obervellmar, Landkreis Kassel.

19) Heckershausen, Landkreis Kassel.

20) Mardorf (Großenmardorf), Schwalm-Eder-Kreis.